

Beiheft

2

S 331

1296 Aug. 25.

Der Dülmener Bischof Bertold stiftet seine Memorie an der Kirche in Dülmen. [3  
331  
Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod ego Bertoldus, perpetuus vicarius in Dulmene, quendam agrum situm iuxta Vifscuren, quem de meo comparavi, in quo XIII modii siliginis seminari possunt, sorori mee Sophye, moranti in Dulmene, post obitum meum assigno; post obitum vero dicte Sophye alii sorori mee dicte Evece, moranti in Monasterio, si ipsam supervivere contigerit, confero et assigno; post obitum vero dictarum sororum mearum, videlicet Sophye et Evecen, et meum, predicto agro non ad quemcunque alium, sed ad perpetuum vicarium dicte ecclesie in Dulmene revertente, ut in predicto loco et ecclesia mea et meorum propinquorum memoria perpetuis temporibus fideliter peragatur. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup> nonagesimo sexto in crastino beati Bartholomei apostoli. Testes Johannes sacerdos, capellanus in Dulmene, et Bernardus iudex et Bernhardus villicus ibidem et Johannes filius eiusdem, Gherhardus Traghe, Bernhardus Welant, Hinricus Hole et alii quam plures.

Schwarzes Kopiar fol. 18v.